



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

16. Idem numquam petijt absolutè ijs liberari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

cationem faceret: & quasi in fecundissimo campo constitui, ex quo amplissimam meritorum messem, in calos transferret. Imis e visceribus & producta voce, ut facile grati amoris verba agnosceres, laudes hanc pronuntiabat: *Benedic anima mea Dominum, & omnia, que intra me sunt, nomini sancto eius. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Misericordias Domini in aeternum cantabo. Benedictus Dominus DEVS meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.*

Pfal. 101.

Pfal. 38.

Pfal. 88.

Pfal. 143.

XV.

Cum aliquando amicorum aliqui ad Lesium, colica, hernia, impetigine, stomachi fastidio, calculo simul saevientibus prope exhaustum & lecto affixum: Pater: quid si DEVS ad hos dolores Reuerentiam vestram mille annos damnaret, quam triste id foret, quam in expectatione molestum! reposuit: *Agerem gratias, & pro patientia postularem: donec res hac finem caperet. Quam latus nuntius damnatis foret, si post centum annorum milia liberarentur! Post qua verba totus in lachrymas abiit.*

XVI.

Aliquando alias cum ei sanitas voveretur, subintulit, numquam absolute determinateq; a DEO eam se postulasse, immo numquam conditionate totam sanitatem; sed solam dolorum mitigationem petuisse; ne ijs penitus careret, qui tolerari posse videbantur. Multis tamen lachrymis, & votis absolute & sine conditione Patientiam cum animi latitia conjunctam postulasse: quam utramq; virtutem ut peteret, dicebat se scire DEO gratum esse Patientiam quidem, utpote Christianis omnibus, quo Christo suo assimilentur, necessariam: Animi vero latitiam tamquam perfectorum hominum, quibus annumerari anhelaret, virtutem: quam DEO in malis gratias agat; & de illis non aliter, quam de DEI donis gaudeat: Preses istas sibi a DEO concessas aiebat, Patientie & latitia dono: pro quarum studiosa conseruatione, & ad DEVM gratitudine, multum accurateq; meditabatur.

XVII.

Admirandam illam malorum tolerantiam in eo pronocabat Christi passi inauditum exemplum; cuius dolores in se transferre & exprimere conabatur. Christo igitur passo in carne, & ipse eadem cogitatione armatus, frequens Christi crucifixi imaginem amplectebatur, osculum figebat, lachrymas suas sacratissimo eius sanguini propinabat. In cubiculi sui pariete hanc Epigraphen fixerat; AMOR MEVS CRUCIFIXVS EST. *Qui ne aliquando vel à corde, vel ab oculis recederet*

Cruci.